



*Sbd*

E libris  
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii directore  
a. 1857 hereditate reliectis.

*G. f. 171.*

VIRO  
CLARISSIMO,  
**JOANNI MARTINO**  
**RIEDEL,**  
AMPLISSIMOS  
**PRORECTORIS**  
**HONORES**  
A. CD. DCC XXXI.  
IN ILLUSTRI GYMNASIO ILFELDENSI  
ACQVISITOS  
EX ANIMO  
GRATULATUR  
M. GOTTFRID. GROSCH.  
RECT. SCHOL. STOLB.

**STOLBERGÆ, LITERIS EHRHARTINIS**



AMPLISSIMOS  
PRORECTORIS

**F**Austa tuos auget, CLARISSIME RIEDEL,  
honores  
Sors; cape virtutis præmia digna tuae.  
Qvum bona maternis nos Porta foveret in ulnis,  
Illa mihi virtus jam tua nota fuit.  
Omne Tibi, memini, tempus periisse putabas,  
Qvo non Castaliis imbuereris aquis.  
Sponte tua semper jungebas Graeca Latinis,  
Calcar nemo tuis adjiciebat equis.  
Difficiles poteras facili solvisse labore  
Nodos, qvos veterum plurima scripta tenent.  
Jam tum favisonos poteras componere versis,  
Et tua subtili plectra movere manu.  
Jam qvoqve monstrabat talem facundia linguae  
Te fore, nunc qvalis factus es ipse, virum.  
Jam pietate Deum veroqve timore colebas,  
Vixqve tot egregiis moribus ullus erat.  
E Portæ gremio, Musis plaudentibus, ibas,  
Jenæ nectareas imbibiturus aquas.

Hic ardens studiis fuit incubuisse voluptas,  
Vivere cum Musis hic Tibi dulce fuit.  
Grata Sophis aliquot placuit Tibi Jena per annos,  
Grata fuit Jenæ docta cathedra Tibi.  
Omnibus invitatis, has tandem invitus Athenas  
Linquis, & Helmstadium denique vertis iter.  
Hæc pia Musarum sedes superaddidit illam,  
Qvæ visa est studiis lima deesse tuis.  
Nec mora; coepisti carissimus esse Patronis,  
Virtuti premium qui statuisse sciunt.  
Urbs prope Brunsvigam floret, qvæ Peina vocatur,  
Hæc Tibi Rectoris munera clara dedit.  
Omnibus acceptus, qui Te videre, fuisti,  
Grataque sedulitas dexteritasque fuit.  
Tentasti nitidis mox inclarescere scriptis,  
Unde fuit qvovis linea ducta die.  
**FORMA CRUCIS** multis IN MULTIS OBVIA REBUS  
Extitit ingenii testis aperta tui.  
Jam non fert animus, scriptorum necesse laudes,  
Qvæ scio perdocta facta subinde manu.  
Sors necopina tuam mutavit ab æthere sortem;  
Tu Peinæ demitus, Peinaque demita Tibi.  
Est locus ingentius in amoena valle dicatus  
Artibus; Ilfeldam tempora nostra vocant.  
Ardua prærupti surgunt ad sidera montes,  
Silvaque velocias nutrit opaca feras.  
Verna sub arboreis philomela reconditur umbris,  
Carmina qvæ dulci gutture mane canit.  
Florida piscofis per gramina murmurat undis  
Rivulus, & læto prata liqvore rigat.  
Non procul ignivomus Vulcanus fundere ferrum,  
Et variis generis cudere vase solet.  
Huc Patris astriferi Te provida cura vocavit,  
Ut claro fieres clarior ipse loco.  
Poscat ut Herculeos schola perpetuosque labores;  
Sunt etenim cunctis otia rara scholis;

Attamen & longi vulgasti scripta laboris,  
Splendida qvæ studii sunt documenta tui.  
Te juvit juvenes docuisse fideliter artes,  
Fluxerit ut multis sudor ab ore tuo.  
Qva ratione decet, spartam, qvam nactus es, ornas,  
Impositumqve humeris fers patienter onus.  
Tot studiis igitur meritisqve VIR INCLVTE tantis,  
Adspirante tuus Numine crescit honos.  
Jam PRORECTORIS præclaro nomine fulges,  
Nomine qvo lætum me decet esse tuo.  
Arrident tua coepta Deo, Regiqve potenti,  
Qui populos sceptro justitiaqve regit.  
Te quoqve suscipiunt magni summiqve Ministri,  
Et tua multisonis plausibus ausa probant.  
Te schola collaudat magni celebrata Neandri,  
Flosqve juventutis flagrat amore Tui.  
Perge tot ac tantis meritis adjungere laudes,  
Et recto stadium tramite curre tuum.  
Gloria virtutis comes est fidissima pulcræ,  
Famaqve laudatos fert super astra viros.  
Auctus honore novo sis seros lōspes in annos;  
Quæ facis, ex voto prospera cuncta fluant;  
Illa tuam bonitas servet divina salutem,

Quæ Tibi per vitam tam bona multa dedit;  
Cresce, velut liquidas arbor bene crescit ad undas,  
Quodque precor valide, sis memor usqve mei!







78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
kann nicht vergeben!

ULB Halle  
002 108 178



3

56.

1017

Rufo



**VIRO  
CLARISSIMO,  
JOANNI MARTINO  
RIEDEL,  
AMPLISSIMOS  
RECTORIS  
HONORES**

A. CD DCC XXXI.

I GYMNASIO ILFELDENSI  
ACQVISITOS

EX ANIMO  
GRATULATUR

OTTFRID. GROSCH.  
ECT. SCHOL. STOLB.

ÆRGE, LITERIS EHRHARTINIS,

